DE CELIBATV

chriſtianorum. et preſertim ſacerdotū
ac virginū, et cur ſacerdotibus nō liceat vxores
habere, et quanti meriti ſit vita caſta, et ꝙ
incontinentes ad ſacerdotij gradus ꝓmo-
ueri nō debent, ſed nubere tenentur, ſi
ſalui eſſe velint, et de triplici viuendi
hominū vita, et que illarū ſit melior
et cur iuncta ſit anima corpi. et
de militibus quales fieri debe
ant, et de multis alijs, dignis
ſcitu, opuſculum,

Ma. Franconius hegitmacianus.

Quicquid habent almę diuina volumina frugis,
Hic tibi floridulus foenore reddit ager
Contrectare diu lector nocteſq; dieſq;,
Inſtruit vt poſſis caſta minerua frui
Hunc lege ne vanis titubent tua pectora rebus,
Et lector memori ſcripta recondę ſinu,

Impreſſum Cracouię p Florianū Vngleriū e directo Minoris Collegij artiſtarū.

Ma. Franconius hegitmacianus: Ad Lectorem.

O heracleti lachrimis o tempora digna,
    Quibus alma fides vndiq; ſpreta iacet
Tempora & o vultu Craſſi dignaq; ſeuero,
    Relligio lapſum ſentit vbiq; ſuum
O gens infelix mundi, que foedera rumpis,
    Sanctiuit Chriſtus ſanguine ſancta ſuo
Perſoluis diras tanto pro munere grates,
    Suffixus redemit corpore te ipſe ſuo
Mentium ve ve letargo iuuenumq; ſenumq;,
    Nauſeam haud generant tot benefacta ſua
Verberibus ſeuis patria nõ intonat ira,
    Condonat noxas filijs ipſe ſuis
Eſt tuum o Chriſte totum ſubmergere plaſma
    Et rurſus vires addere & ipſe tuas
Vt titubent almi mortalia pectora Bacchi
    Ne pigeat ſeruos inebriare tuos
Sacro corroboras militem ceromate Chriſte
    Atq; duras ſeruos vnguine ſancte tuo
Affixus varijs mundi miſeros igne grabato
    Corporis affectibus reuoca queſo tuos.

MVLTA SVNT per christi sacerdotes cauenda: maxie aut cauere debent mulierũ consortia: quia tenent ꝑpetuam castitatẽ seruare: ⁊ sub eterna damnatiõe custodire. Unde dicit Canon. q fidẽ castitatis vouerũt deo irritã faciendo damnationẽ ĩcurrũt. xxvij. q. j. ⁊ xxxi. di. c. j. d2. Nullꝰ debꝫ ad altarꝫ ministeriũ accedere: nisi cuiꝰ castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Causa vero huius institutõnis mundicia fuit sacerdotalis: vt libere cunctis diebꝰ vite: orationi possent vacare Si eñ (vt Paulus ait) ab vxoribus est cessandũ: vt expeditius orationi vacemus: ministris itaqꝫ: quibus quottidiana necessitas orandi incumbit: nũꝙ coniugali offitio vacare permittitur hec ibi. ⁊ c. sequenti d2. sacerdotibus: vt semp valeant altari assistere: semꝑ ab vxoribꝰ est abstinendũ: sempqꝫ castitas obseruanda precipitur. Et quia sacerdos: q totus est dño ⁊ sponso suo Jesu christo ꝯsecratꝰ: ⁊ exemptꝰ a cura rerũ familiariũ: ⁊ solutus legibus ciuilibus: debet orationi iugiter vacare: Ideo merito astringit voto castitatis. Unde dt diuꝰ Augusti. Si licet: ⁊ bonũ est nubere: cur sacerdotibus nõ licet vxores habere: idest: vt ordinatis iam: nõ liceat cõuenire. Quis nesciat vnũqdꝫ suam legem habere. Est eñ quod omino generaliter omibus nõ liceat: est item quod alijs licet: ⁊ alijs nõ licet. Et est: quod aliquando licet: ⁊ aliqñ nõ licet Fornicari omibus semꝑ nõ licet. Negotiari vero aliqñ licet: aliquando nõ licet. Anteꝙ eñ ecclesiasticus quis sit licet ei negotiari: facto iã: nõ licet. ⁊ christiano cum vxore sua cõuenire. Aliqñ licet. aliquãdo vero nõ licet. Propter dies eñ ꝓcessionis aliquãdo nõ licet ꝯuenire. qa etiã a licitis abstinendũ est vt facilius impetrari possit quod postulat. Uñ aplꝰ vsꝫ ꝯsensu ait abstinẽdũ ad tps vt vacetur oratiõi. Nã scdm legẽ in ieiunio cedi ⁊ iurgari nõ licet: postea licet: quia maior reuerentia debet dei causis. Nunquid omẽ: quod ante ceteros licet: ante imperatorẽ licet. Quanto magis in dei causis. Ac per hoc antistitẽ eius puriorẽ cete-

ſes esse oportet: ipsius enī p-
sonā habere videtur: est enī
vicarius eius: vt quod cete-
ris licet: illi nō liceat: quia
necesse habet quottidie chri
sti vicem agere: aut orare p
populo: aut offerre: aut tin-
gere: ⁊ nō solū huic cōcubi-
tus nō licet: verumetiam mi
nistro eius: quia ipse mundi
or debet esse: qa sancta sunt
que ministrat. Nam sicut ad
comparationē lucerne: te-
nebre nō tm̄ obscure: sed e-
tiam sordide sunt. Ad cōpa-
tionē stellarū: lucerna cali-
go est. Ad solis vero cōpara
tionem stelle nubilose sunt.
Ad dei aūt claritatē sol nox
est ita ⁊ que ad nos licita ⁊
mūda sunt ad dei aūt digni-
tatem: quasi illicita ⁊ immū
da sunt: q̄ quam enī bona
sunt: dei tamen psone nō cō
petunt: nunquid nō: tunica
mediocris hoīs: quāuis mū
da: imperatori tamen sordi-
da ⁊ illicita est. Similiter
⁊ Saxonicia senatori. Ac p
hoc antistites dei puriores
esse debent: quā ceteri. quia
⁊ christi habent psonā: ⁊ mi-
nistros dei mundiores esse o-
portet: nemo enī imperato-
ri ministrat: nisi vestimentis
claris ⁊ mundis indutus.
Deus aūt quia natura cla-
rissimus est: ministros eius na
tura: magis quā vestibus mū
dos esse oportet. hec s. Augu
in li. q. veteris ⁊ noui testa-
menti. q. vlti. Possent etiā
hic multa recēseri: q̄ sunt in
libello de singularitate cle-
ricorū. diui Cipriani vbi eti
am docetur a dn̄o fuisse re-
uelatū: ne sacerdotes cū fe
minis cōmune haberent cō
tuberniū.

¶ Attendant etiā christi sa-
cerdotes ⁊ inspiciant vete-
ris legis sacerdotes: dūtax
at in altare dn̄i hircos ⁊ vi
tulos p peccatis offerētes
quanta sup alios sanctitatis
quanta ⁊ castitatis eis im-
ponebat artatio: vxorē non:
nisi virginē: nō nisi semel ⁊
vnicam: nō repudiatā: non
sordidam: ipsis phas erat ac
cipe: vacabant ab vxorū am
plexu quolibet tēpe vicis sue
⁊ quando offerre volebant
domino sub mortis intermi-
natione. si moriebatur vxor
in eius adolescentia cōtinē
di necessitas incumbebat.

¶ Fuerunt ⁊ alij inter iude
os: qui Esseni dicebant: qui
sancta religione ceteros p̄-
stare conati erant: nō lubri-
cū: sed vite cōtinentis virū
in suā viuendi ɔsuetudinem
recipiebant. De quibus So

linus de mirabilibus mūdi.
c.lxiij.sic scribit Hesseni: q̄
prediti memorabili disciplīa
recesserunt a ritu gentiū v-
niuersarū: maiestatis vt re-
or: puidentia:ad hunc morē
destinati nulle ibi femine ve-
nere se penit⁹ abdicauerūt.
pecuniā nesciūt:palmis vic-
titāt.nemo ibi nascitur: nec
tū deficit hoīm multitudo.
locus ipse adictus pudicicie
est:ad quē plurimi: licz vndi
q̄ gentiū pperent : nullus
admittit: nisi quē castitatis
fides ⁊ innocentie meritū
psequatur:nam q̄ reus est:
vel leuis culpe:quāuis sum
ma ope adipisci igressū ve-
lit diuinitus submouet ita
per immensū spatiū seculo
rū incredibile dictu eterna
gens est:cessantibus puerpe
rijs hec ille. Josephus quo
q̄ in li.ij. de bello iudaico.
c.ij.de eisdē dr hesseni gēte
iudei inter se mutuo amo-
re coniunctissimi:⁊ qui preter
ceteros voluptatē quidē so
lent quasi maleficia vitare:
continentiā vero seruare:
neq̄ cupiditati succumbere
virtutē maximā ducere Ita
q̄ nuptias q̄dē fastidiūt:alie
nos pro filios: dū adhuc mol
les sunt: erudiunt traditos
p cognatis habentes : suis
moribus diligenter institu-
unt: voce cibū sacerdos an-
teuenit: neq̄ quē q̄ gustare
phas est:nisi prius deo cele-
bretur oratio. Post finē qua
q̄ prandij vota repetūt.sum
mū studiū veterū scriptz ad
hibent. Secte sue studiosis
nō statim cum eis vna colle
ctio per annū integrū extri
secus cōmoranti cuiq̄ eun-
dem victus ordinē tribuunt
Cum vero pcessu tpm expti
mentū continentie dedit ac-
cedit etiā ad cōmunē cibum
⁊ purioribus obcastificatio-
nem scz aquis participant.
Post ostensionē cōtinentie
duob⁹ annis alijs mores ei⁹
pbantur. Cūq̄ dignuos ap-
paruerit tūc demū in consor
tiū assumit : prius vero quā
incipiat cōmunē habere ci-
bū magnis execrationibus
abiurat se:primū quidē cole
re deū.⁊c.hec ⁊ alia de eis
Josephus.

¶ Gentiles quoq̄ sacerdo-
tes ⁊ flamines vt castā duce
re possent vitā:⁊ diuinis cō
templari austerā nimiū vitā
peragebant: ⁊ cohabitatio-
nem populi fugiebant: put
ait Plato in thimeo dicens
quod apud Atheniēses p-
diti sacerdotes seperatim a
cetero populo cōuiuebant

ne aliqua pphana cõtagio-
ne castitas eoꝝ polueretur
⁊ Jeronimus ꝯtra Jouini
anũ li.ij. dicit. ꝙ Cheremõ
stoicus vir eloquentissimus
de vita antiquoꝝ sacerdotũ
gentiliũ narrans ait. Omnes
sacerdotes eoꝝ Vtuosi omi-
bus postpositis negotijs cu-
riscꝫ mõi semꝑ in tẽplo fue-
runt ⁊ rerũ naturas causasꝫ
ac siderũ rationes cõtẽ-
plati sunt. Et nũꝗ se muli-
eribus miscuerunt: nũꝗ co-
gnatos ppiquos ac liberos
viderũt ex eo tpe quo cepe-
runt diuino cultui seruire:
carnibus ⁊ vino abstinuerũt
⁊ hoc ppter appetitũ libidi-
nis cohibẽdũ: que ex nimio
cibo ⁊ potu generatur. Ce-
tera apud eundẽ Jeroni. vi
de: qui multa ⁊ mira de hu-
iusmodi scribit sacerdotib⁹.
¶ Et quoniã christi sacerdo-
tes sacris occupantur my-
sterijs: nõ hircũ: aut vitulũ:
sꝫ agnũ imaculatũ sacratissi-
mũ corpus dñi nostri Jesu
christi dño offerentes: quid
diuinius ꝙ vt cõtinua pol-
leant castitate: vacant legi
dei: quã ab eoꝝ ore popul⁹
requirit. Hec aũt lex: sicut
immaculata est: sic imacula-
tũ ministrũ doctorẽ reqrit.
¶ Nõ si omnes etiã laicos
nõ ꝯiugatos apostolus ad
castam inducit vitã: multo-
magis sacerdotes: dicit enĩ
aplus: bonũ est mulierẽ non
tangere. Et infra volo autẽ
omnes hoĩes esse sicut me ip
sum: sed vnusquisqꝫ ppriũ
donum habet ex deo: aliũs
quidẽ sic: alius vero sic. Di
co aũt nõ nuptis ⁊ viduis:
bonum est illis si sic ꝑmanse
rint sicut ⁊ ego. Itẽ ibidẽ
dicit. Solutus es ab vxore
noli qrere vxorẽ. Insuꝑ dr
volo aũt vos sine sollicitudi
ne esse: q sine vxore ẽ sollici
tus est: q dñi sunt: quomõ
placeat deo: ⁊ iterũ dr. Be
atior aũt erit si sic ꝑmãserit
sm meũ cõsiliũ hec oĩa a-
postolus. i. ad Chorin. vij. v-
bi etiã ad terrorem adducit
coniugatoꝝ tribulatiões: ⁊
quo modo solliciti sunt de
his que sunt mundi: ⁊ quo
modo placeat vxori: ⁊ diui-
si sunt. Et ꝙ sui corꝑis po-
testatẽ nõ habent. Multa a-
lia incõmoda huius mõi: ve
luti lites cũ affinibus: cura
liberoꝝ: sollicitudo rei do-
mestice: ⁊ id genus alia sex
centa. que matrimoniũ cõi-
tantur. Illi vero qui castaꝫ
ducunt vitam ab his oĩb⁹:
⁊ multis alijs incommodis
sunt liberi. Unde omniũ sa-

pientū nedū catholicoꝝ: ve-
rūetiā paganoꝝ cōclusio est
Quod viro sapienti nō con-
ueniat ducere vxorē: quā cō
clusionē rationibus τ multꝫ
ac varijs exēplis approbāt:
que hic breuitatis causa o-
mittunt. Profecto sapiētis
est: id magis eligere: qd me-
lius est: sed cōtinere meli⁹
est: equidē τ optimū. Dicit
ēm aplus. Qui matrimonio
iungit virginē suā: bene fa-
cit. τ qui nō iungit: melius
facit. Saluator etiā dn̄s no
ster Jesus christus huic cō
clusioni assentit dicēs. Sūt
ennuchi: qui seipsos castra-
uerunt: id est voluntarie cō
tinent ppter regnū celoꝝ q̄
potest capere capiat. Math
xix. Unde Ciprianus dr. pri-
ma sententia dei crescere τ
generare precipit. Scd̄a ad
continentiā suasit: cū adhuc
rudis mūdus τ inanis est: co-
pia fecunditatis generante
ppagamur: τ crescimus ad
humani generis augmentū.
Cū iam refertus est orbis τ
mūdus impletus: qui capere
continentiā possunt. Spado
nū more viuentes castrant
ad regnū hec Ciprianus in
tractatu scd̄o de habitu vir
ginū. Ubi etiā superius dr.
Sit vtus ad tolleratiā pria
Nō est ad magna facilis as-
census: quem sudorē ppeti-
mur: quem laborē: cū cona-
mur ascendere colles τ ver
tices montiū. Quid vt ascē-
damus ad celū. Si premiū
pollicitatiōis attendas: mi-
nus est quod laboras. Im-
mortalitas pseueranti daτ:
ppetua vita pmittit regnū
dn̄s pollicetur. Seruate v̄
gines: seruate quod esse ce-
pistitꝫ: seruate quod eritis.
Magna vos merces manet
Premiū grande virtutis.
Munus maximū castitatis.
vultis scire: quo malo care
at: τ quid boni teneat conti
nentie virtus. Multiplica-
bo (inquit mulieri deus) trī
stitias tuas. τ gemitos tuos
τ ī tristitia paries filios. τ
ɔuersio tua ad virū tuuꝫ. τ
ipse tui dn̄abit. vos ab hac
sententia libere estis: vos
mulierū tristitias τ gemit⁹
nō timetis. Nullus vobis d̄
partu circa filios met⁹ Nec
maritus est dominus. Dn̄s
vester τ caput christus est.
ad istar τ vicē masculi. sors
vobis τ ɔditio cōmunis est
Dn̄i vox est illa dicentis fi-
lij seculi huius generant τ
generantur: qui aūt habue-
rit dignatiōnē seculi illius τ
resurrectiōis a mortuis: nō
nubunt neq̄ matrimoniū fa
ciunt. Nec ēm incipiēt mo

rl. Equales em̄ sunt angel' dei cum sint filij resurrectionis. Quod futuri sumus iā vos esse cepistis. Uos resurrectionis gloriā in isto seculo iam tenetis. Per seculū sine seculi contagione transitis: cū caste pseueratis ꝛ ꝟgines: angel' dei estis; q̄les tantū maneat. ꝛ duret solita ꝛ illesa virginitas ꝛ vt cepit: fortiter iugiter pseueret. Hec ille. Qui optimis medijs ad virginalē vitā ꝛ continentiā cohortat᷑. Melius est ergo hic inchoare vitam: que ineternum durare debet scdm sententiā oim doctorum ꝛ Pauli ac saluatoris dni nostri Jesu christi consiliū Nō bene ergo obiciūt heretici qd scriptū est in Genes Crescite ꝛ multiplicamini. ꝛ replete terrā. ꝛ maledicta sterilis q̄ nō parit semen in Israel: nubebant oēs ꝛ nubebātur. ꝛ derelictis parentibus fiebant vna caro. ꝛc. Tunc em̄ erat replenda terra nunc celū. Matrimonio namq̄ repletur terra. Celibatu vero celū. Vñ Jeronimus aduersus Heluidium: quando vox illa pertonuit tpus breuiatū est. Reliquū est: vt ꝛ qui habent vxores sint quasi nō habeant: adherentes dño vnus cū eo efficimur spiritus. ꝛ quare quia qui sine vxore est cogitat ea: que dei sunt: quo mō placeat deo. Qui aūt cū vxore est sollicitus est: q̄ sunt huius mōi quō placeat vxori ꝛ diuisa est mulier ꝛ virgo que nō est nupta cogitat q̄ dei sunt: vt sit sancta spū ꝛ corpe. Nā que nupta est cogitat: que sunt mōi quomō placeat viro Quid oblatras quid oppugnas vas electionis hoc loquit᷑. hec Jeronimus ait: sed si dices idē Jeroni. ait q̄a ꝛ epi ꝛ presbyteri ꝛ diaconi vnius vxoris viri. ꝛ habentes filios ab apostolo constituūt᷑. Quomodo de virginibus apl's dt se nō habere preceptum: ꝛ tū dat consiliū: quasi misericordiā cōsecutus a dño. ꝛ hoc agit in omi illa disputatione: vt virginitatē preferat matrimonio: ꝛ suadet quod imperare nō audet: ne inijcere videatur laqueū ꝛ plus imponere ponderis: quam potest hominū sustinere natura. ita ꝛ in ecclesiastico ordine cōstituendo. quia rudis ex gētibus constituebat᷑ ecclesia leuiora nup credētibus dat precepta. ne territi ferre nō possent. ꝛc hec Jeronimus aduersus Jouinianū li. j. vbi

multa de hoc ad virginitatē
similiter ꝛ continentiā indu
cens scribit:quia altus est ꝛ
maximi meriti cōtinētie sta
tus. ad quē infirmi nō pñt
ascendere. Illi ergo qui as-
cendere.vł capere.id est se
continere nō possunt:ducāt
vxores. sacerdotij gradus
omittentes. Quia.vt apłus.a-
it. Si se nō continēt nubāt
Idē dicit ꝑpter fornicatio
nem aūt scꝫ euitandā vnus-
quisqꝫ suā vxorē habeat.ꝛ v
naqueqꝫ suū virū. Melius ē
eñ nubere quā vri. Alias e
dificarent sibi ad gehennam
Et hi aduertāt ꝛ illud. qđ
apłus dicit. Tpus breue est
reliquū est.vt ꝛ qui habent
vxores tāqꝫ nō habētes sint
Preterit eñ figura huius
mūdi. Sancti⁹ est ergo sacer-
dotes(cū vita breuis sit)hoc
quantulūcūqꝫ tpis(qđ breue
ꝛ momentaneū est)cū paulo
apło stimulū carnis cū gra-
tia domini sufferre quam in
graue iugū incidere ꝛ car-
nis concupiscentijs vinci.
¶ Quod aūt hmōi incōtinē
tes edificent sibi ad gehēnā
patet ex apostolica doctrīa
ꝛ euangelica:que nullā ma
culā peccati admittit. Imo
execratur ꝛ damnat. nō fru
stra nāqꝫ apłus ad Ephesi.
v.clamat ꝛ dicit. Fornicatō
aūt:ꝛ omīs imunditia. aut
auaritia. nec nominet in vo-
bis:sicut decet sanctos.aut
turpitudo. aut stultiloquiū
aut scurilitas. que ad rem
nō pertinet. Hoc eñ scitote
intelligentes. ꝙ omīs forni
cator.aut imūdus. aut aua
rus.quod est idolorū seruit⁹
nō habet hereditatē in reg
no christi ꝛ dei.nemo vos se
ducat. ꝑpter hec eñ venit
ira dei. ꝛc.vt ibi.ꝛ.i.ad Co
rinth.v.dicit. Si is.qui fra-
ter noīat. inter vos. ꝛ est
fornicator.aut auarus. aut
maledic⁹.aut ebriosus. aut
rapax. cū hmōi nec cibū su-
mere scꝫ debetis.ꝛ infra ea
dem epła.c.vj.dicit. An ne-
scitis. quia iniqui regnū dei
nō possidebunt. Nolite erra
re.neqꝫ fornicarij.neqꝫ idoł
seruientes. neqꝫ adulteri.
neqꝫ molles.neqꝫ masculorū
cōcubitores.neqꝫ fures.ne-
qꝫ auari. neqꝫ ebriosi. neqꝫ
maledici.neqꝫ rapaces. reg
nū dei possidebunt.ꝛ iterū.
ad Gallatas v.dicit. Mani
festa sunt opa carnis.q̄ sunt
fornicatio.immunditia.lux-
uria.idolorū seruitus.vene-
ficia inimicitie.cōtentiones.
emulationes.ire.rixe.dissen
siones.hereses.secte.inuidie

homicidia. ebrietates. come
ssationes. ⁊ his similia. que
predico vobis. sicut predixi.
quoniā. qui talia agunt reg
nū dei nō ꝯsequentur. hec
apl'us. Quā ergo spem ha-
bent qui his peccatis. ⁊ simi
bus irretiunt. fornicationē
q̄ atq̃ ebrietates ac rapias
⁊ cetera hmōi peccata pro
nullo habent peccato. Cer-
te nihil illis restat. nisi infer
nus: quia regnū dei. vt dicit
apl'us. nō ꝯsequent nisi ces-
sent ⁊ penitentiā agant. nō
sine causa etiā apl'i. qui fue-
runt basis ⁊ fundamentum
religionis christiane. fornica
tionē ex decreto primū spe-
cialiter phibuerūt. vt patꝫ
in quadā epl'a ex cōcilio p
ipsos in Jerosalem celebra
to: conuersis in Anthiohia.
missa. ⁊ habetur in actuum.
aplor. c. xv. vbi d. Apl'i. ⁊
seniores fratribus ex genti-
bus cōuersis salutē. Auditū
est. quia quidā descendētes
a iudea turbauerūt vos. a-
uertentes animas vestras.
volentes vestris imponere
ceruicibus iugū legis. Idō
de cōi sensu decreuimus eli
gere viros ⁊ mittere ad vos
cū charissimis viris nostris
Paulo ⁊ Barnaba. visuꝫ ē
em̄ spūiscto. ⁊ nobis vltra
nihil vobis imponere oneris
ꝙ vt abstineatis ab imolatꝭ
simulacrorū. a sanguie. ⁊ suf
focato ⁊ fornicatiōe. a qui-
bus abstinentes. bene agetꝭ
valete. hec ibi ⁊ alibi d. At
tende tibi fili mi ab omī for
nicatiōe. ⁊ preter vxorē tuā
nunq̄ patiaris crimen scire
Thobie iiij. Unde btūs Aug
⁊ habet xxxij. dis. Audite
inquit. charissimi mēbra chri
sti ⁊ matrꝭ catholice eccl'ie
filij. fornicari vobis nō licet
sufficiant vobis vxores. Au-
diat deus si vos surdi estꝭ.
audiant angeli si vos cōte-
mnitis. cōcubinas nō licet ha
bere vobis. ⁊ si nō habetis.
vxores. tm̄ nō licet vobis ha
bere concubinas. hec ille. ⁊
Ambrosius. Quicquid in ea
(inquit) que nō est legitima
vxor cōmissum fuerit adulte
rij crimine damnatur. Idēꝫ
nulli licet scire mulierē p-
ter vxorē. Ideoq̃ coniugij
datū est tibi ius. ne in laque
um incidas. ⁊ cū muliere a-
liena delinquas. ⁊ habetur
xxxij. q. iiij c. nemo. sibi blādi
atur. patet ergo. ꝙ omis lu
xuria extra matrimoniū con
missa est mortale peccatum.
Mortale aūt d. qa opa bo-
na hominis illud cōmittēn-
tis mortificat. ita. ꝙ nihil est

profunt ad salutē nō habet eīm in se aliquid viriditatis ramus boni opis. nisi maneat in radice charitatis. de pe. di. ij. c. et cognouerūt. Ui de aplm. j. ad Chorinth. xiij per totū. Uel dr mortale. qa anime eternā infert mortē. cum eā pter peccatū desérit deus quod peius est q̄ corpaliter mori. Unde dicit Aug. de ciuitate dei. li. xiij. c. ij. Mors corpis est cū illō deserit anima. Mors anime cū eā deserit deus. Quāto erga deus melior est anima tanto peius est animā a deo deseri. q̄ corps ab anima derelinqui de pe. di. j. c. porro Q. si anteq̄. Potius igitur vt inquit btūs Aug. et habet xxxij. q. v. c. Ita ne) debz qs mala tolerare: q̄ pctō csentire. et quod plus est etiā et mortem copris: sm eundem Aug. q̄ in sermone dnice xvj et in alijs multis locis dicit Si ad hoc venires. vt tibi diceretur. aut bibas. aut morieris. melius erat. vt caro tua sobria occideret. q̄ per ebrietatem anima moraret. hec ille. Et ideo sancti sustinuerunt mortē corpis. vt vitarent mortē anime. vn̄ ait Susanna Danielis xiij. Melius est mihi absq; ope incidere in man⁹ vestras: q̄ peccare in conspectu dei. Eadē d causa et habraā patriarcha potius voluit occidere filiū vnigenitū. q̄ nō seruare dei pceptū. Genes xxij. Et natura docet q creatura suū creatorē et dnm audiat et timeat. et id qd bonū est imitetur. non frustra eīm et phūs. iij. Ethicorum dt. Melius est mori: q̄ facere contra bonū virtutis. hinc Seneca. Si scirem (ait) deos ignosciturosz: homies aūt nesciturosz. Ad huc dedignarer peccare. et habetur. xv. q. j. c. merito in glo. et btūs Anselmus in li. similitu. Si hinc inferni horrorem. et illinc cernerē peccati fetorē. et necessario vni eorum immergi deberē. prius me i infernū mitterē. q̄ peccatū in me admitterē. mallem enim purus et innocens gehennā intrare. q̄ pollut⁹ sorde celestia regna tenere. hec ille.

¶ Et nō solū actus venereus est peccatū mortale. verū etiā concupiscentia. id est assensus voluntatis in opus Inhibet namq; Exodi. xx. vbi dr. Nō desiderabis vxorem pximi tui. nō seruū. nō ancillā. nō ouem. nō asinum et vniuersa. que illius sunt.

Ubi inhibetur luxuria ⁊ auaritia in affectu. Unde ⁊ saluator: Jesus christus: q̄ est summa veritas dicit om̄is. q̄ viderit mulierē ad ɔcupiscendū eā iam mechatus est eam in corde suo. Math. v. patet igitur. ꝙ ɔsensus i actum peccati mortalis: licet nō sequatur actus: lege diuina damnatur: quia de⁹ nō ex opibus iudicat: sed ex cogitatiōib⁹ ⁊ ex corde. vt dr̄ xxij. q. v. Qui piurare. De corde em̄ (vt ait saluator) exeunt cogitatiões male: homicidia: adulteria: fornicationes: furta: falsa testimonia. blasphemie. hec sunt que coinquinant hoiem. Math. xv ⁊ Sapientie. j. Dicit puerse cogitatiões separāt a dō quoniā in maliuolā animam nō introibit sapiētia nec habitabit in corde subdito peccatꝫ. Spūs em̄ sanctus effugiet fictū ⁊ auferet se a cogitationibus que sunt sine itellectu. ⁊c.

¶ Et nedū ɔsensus in opus seu actū est peccatū: verum etiā cogitatio morosa cū cōsensu in delectionem actus mortalis peccati. licet in actū nō ɔsennatur: est tn̄ peccatū mortale: ſm sanctū Bonauenturam in. ij. di. xxiiij. ⁊ Richardū ibidē. ⁊ sanctum Tho. j. ij. q. lxxiiij. ar. viij. ⁊ i multis locis. ⁊ alios doctores, quia dicit btūs August in li. xij. de trinitate. ꝙ ppt peccata cogitatiōis etiā sine voluntate pficiendi: sed cum volūtate oblectandi totus homo damnatur. Et ratio est ſm s. Thomā ⁊ alios doctores: q̄a ɔsentire in talem delectationē est ɔsentire: ꝙ suus affectus: est inclinatus ad id: quod est pctm̄ mortale. ⁊ exponit se periculo talem delectationē nō repellendo. ⁊ qui amat periculum peribit in illo. vt dr̄ Eccli. iij. c.

¶ Profecto quilibet homo nō ſm carnem ⁊ sensum. vt brutū: sed ſm rationē ⁊ spiritū viuere debet. caro em̄ mortificat spūs viuificat. vn̄ Aplus ad Rom̄. viij. dt. Si ſm carnem vixeritis: moriemini. ⁊ supra eadeꝫ epl̄a. c. vj. dicit. Finis illoꝝ mors ē ⁊ infra ibidē dicit. Stipendia peccati mors est. hoc est peccatū mortale a dei ciuitate id est a regno celoꝝ excludit ⁊ animā eternaliter damnat. nihil em̄ coinquinatū intrabit in eam. Dicitur em̄ in Apocalipsi xxj. Nō intrabit in eam aliquid coinq̄

Vbi Michee 2. Ve qui cogitatis inutile

natū: aut abominationē faciens ꝛ mendatiū. ꝛc. Propterea aplꝰs nos monet ad Colosseñ. iij. dicens mortificate mēbra vestra: que sunt super terrā: fornicationē: immunditiā: libidinē: ꝯcupiscētiam malā: ꝛ auaritiā: que ē simulacroꝝ seruitꝰ: ꝓpter que venit ira dei. in quibus ꝛ vos ambulastis aliquādo cū viueretis in illis: nūc aūt deponite ꝛ vos omīa: irā indignationē: malitiā: blasphemiam: turpem sermonē de ore vestro. nolite mentiri inuicem. ꝛc. Et ad Rom. vi. Sicut exhibuistis membra vestra immunditie ꝛ iniquitati ad iniquitatē ita nūc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationē/ quē fructū habuistis tūc in illis: in quibus nūc erubescitis: ꝛ ad Tesal. iiij. dt. Hec est eñ voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatiōe vt sciat vnusq̄sq; vestrū: suū vas possidere in sanctitate: ꝛ honore nō in passione desiderij. ꝛ ne quis supgrediat: neq; circūueniat in negotio fratrē suū: quoniā vindex est dn̄s d his om̄ibus. Nō eñ vocauit nos deus ī immunditiā: sed in sanctificationem hec ille.

Attendant hic quidem brutales homines fornicationē sanitatis causa nō esse peccatū dicentes. Qꝫ stulti ꝛ illecebres tales esse censentur presumentis nature contradicere ꝛ deo hoc ꝓhibenti: qui nihil ꝓhibuit: nisi nociua. Et esto q̄ ita sit: vt ipsi occecati putant: nō tn̄ facienda sunt mala vt eueniāt bona. xiiij. q. v. quasi p totū. ꝛ xxij. q. ij. is aūt. ꝛc. faciat. Unde q̄ppe tales plusq̄ rabidi canes ꝛ venenosi serpētes om̄ino sunt fugiēdi. Bestiales eñ sunt animaliū vita agentes quare nil miruz q̄ ipsi errent/ Animalis eñ homo: vt inquit Aplus: nō ꝑcipit ea: que sunt spūs dei. Stultitia eñ est illi. ꝛ non potest intelligere. j. ad Corinth. ij. ꝛ d talibꝰ etiā princeps Aploꝝ s. Petrus. ait. In vobis erūt magistri mēdaces qui introducent sectas perditiōis: supducentes sibi celerē ꝑditionē: ꝛ multi sequentur eoꝝ luxurias. j. Petri. ij. Cōtra quos nos reddens cautos Paulus apostolus. ait. Uidete ne q̄s vos decipiat per phiam. ꝛ ināē fallatiā ſm traditionē hominū: ſm elemēta mūdi: ꝛ nō ſm christū ad Colossen. ij.

Cui quidem apostolo tan ꝙ
christo potius credendū est
qui de seipso dicit. Nec̄ eni
ab homīe accepi illud: nec̄
didici: sed per reuelationē
Jesu christi. Ad Gallatas.
j. Unde diuus Aug. de con-
temptu mūdi ait. Qui nō obe
dit aplo ꝯtradicit euange-
lio. ⁊ iuxta eiusdem apli vo
cem: dicentis an queritis ex
perimentū: eius. qui in me
loquitur christus. Iterū Si an
gelus venerit de celo: ⁊ ali
ud euangeliū annunciauerit
vobis: anathema sit. Extir-
petur ergo a vero christiano
talis presumptio. ne: qd ab-
sit: ꝑpter delectationē mo
mentaneā eternā ammittat
vitam.

¶ Sed forte quis diceret: ꝗ
libet potest vti eo quod suū
sed ī actu venereo homo nō
vtitur: nisi eo quod suū est.
scʒ ꝑprio corpe: maxīe si so-
lutus ad solutā accedat. Re
spondet: ꝙ deus est princi-
palis dn̄s corpis. deo igitur
facimꝰ iniuriā corpe nostro
contra voluntatē eius vten
do tēplū videlicet eius ma
culando. Unde aplus. j. ad
Corinth. iij. Nescitis: quia
templū dei estis: ⁊ spūs ha-
bitat in vobis. Si quis autē
templū dei violauerit disp-
det illū deus. tēplū eni dei
sanctū est: qd estis vos: ne-
mo vos seducat. ⁊c. vt ibi. ⁊
j. c. vj. Idem aplus ait ne-
scitis quoniam corpa vestra
membra sunt christi. tollēs
ergo membra christi faciam
membra meretricis absit: an
nescitis quoniā: ꝗ adheret
meretrici vnū corpus efficit.
⁊ infra fugite fornicationē.
omne eni peccatū quodcūq
fecerit homo extra corpus ē
qui aūt fornicat in corpus su-
um peccat. an nescitis quo-
niā membra vestra templuʒ
sunt spūsancti ꝗ in vobis ē.
quē habetis a deo. ⁊ nō estꝭ
vestri: empti eni estis precio
magno glorificate ⁊ portate
deū in corpe vr̄o. hec aplus

¶ His aūt ꝗ ꝯtinere nō pñt
ad euitandā fornicationem
datū est remediū. vt ducant
vxores: ⁊ permaneāt in sta-
tu matrimonij quod est insti
tutū nedum causa ꝑcreāde
prolis. quod est principale ī
matrimonio: verūctiā ex li-
cētia apli in remediū euitā
de fornicatiōis: que semꝑ ē
peccatū mortale: per sacra-
mentū vero matrimonij ex-
cusatur actus venereus a
peccato mortali: si fiat ītra
limites matrimonij. Uxoreʒ
itaqꝫ habere causa ꝑcrean-

de prolis : est quid humanū naturalissimū eni est oīm vi uentiū (vt inquit phūs. ij. d aīa) generare sibi simile. p cuius quidem actus execu tiōe natura ī hoīe disposuit matrimoniū. hoc nāq ordo ratiōis exigit vt pulchre de ducit phūs. j. Polliticoꝝ ꝛ Ethicoꝝ. viij. ꝛ dicit phūs generare sibi sile ꝛ nō cau sa delectatiōis aut faciēde libidinis venereū exercere actum. q̄a hoc est ꝯtrarium nō tantū legi diuine verūe tiā legi naturali. hinc phūs in epl'a ad magnū Alexādrū dicit. O clemēs imperator noli te inclinare ad coitum mulierū. quia coitus est q̄ dam ꝓprietas porcoꝝ que er go tibi gloria si exerceas vi ciū irrationabiliū bestiarum ꝛ actus brutoꝝ. Crede mi hi indubitanter. ꝙ coitus ē destructio corꝑis. abbreuia tio vite. corruptio virtutum legis trāsgressio mores ge nerat femineos. hec phūs. q̄ ꝯm naturā locutus est. vtra ꝗ ergo lege naturali vide licet ꝛ diuina ꝓhibetur om nino actus venereus extra matrimoniū. quod est quid naturale homini. Fornicatio igitur. que contrariat coiu gio. debet sub pena eterne damnationis vniuersaliter ab omibus christianis omni no vitari tanꝙ aliquid con trariū rei naturali ꝛ diuine ¶ Aduertēdū est etiā ꝙ di uersi sunt modi hominū vi uēdi ꝯm quos diuersi diuer si mode sibi finē prestituunt Quos quidem modos. ne cessariū est scire ꝛ videre q̄s eoꝝ sit melior. Distinxerūt aūt phi triplicē modū viuē di. vt patet in. j. Ethicoꝝ. Voluptuosum videlicet. ꝛ politicū. ꝛ contemplatiuum videbant eni hoīem esse me diū inter supiora ꝛ inferiora Est eni hō naturaliter me dius inter bruta: quibus est superior. ꝛ inter angelos. q̄ bus est inferior. Tripliciter igitur poterit ꝯsiderari hō. Primo. vt cōicat cū brutis. Scdō. vt est aliquid in se. ꝛ Tertio. vt ꝑticipat cū ange lis. Unde ꝯm has tres ꝯsi deratiōes sūpti sunt a phis predicti tres modi viuendi. seu tres vite. Voluerūt eni ꝙ homini. vt cōicat cū bru tis competat vita voluptuo sa. ꝛ vt est aliquid in se vita politica. Sꝫ vt ꝑticipat cū angelis competit ei vita cō templatiua. Quilibet ergo vel viuit. vt bestia. vel viuit vt hō. vel viuit vt angelus.

Fornicatio igitur

14 15

Nam scdm vitā voluptuosā seu carnalē viuit. vt brutū seu bestia. Scdm ciuilē vel pollitica viuit vt hō. Scdm vero cōtemplatiuā viuit. vt angelus. Quarū prima vita est pessima. quia ducit ad interitū. & əsistit inquantū hō sensualia & carnis desideria insequit. Scda vita est bona que cōsistit inquantū homo virtutibus politicis ornatꝰ sm rationem ordinat actiones sensitiuas & corpales strīgens eas seu dirigens scdm regulas naturalis & diuini iuris. Tercia vero vita est optima & homini naturalissima. nō sm quod est əpositꝰ qa sic ei vita humana. id est moralis seu politica əpetit sed sm illud quod est principale & aliquid diuinū ī ipo. vt est intellectus q principalior est & naturalior pars hominis. sm quā intelligentiarū naturā participat. Et hec vita alio vocat noīe vita angelica seu diuina excellens humanā. Dediti em operabilibus alias humanam seu politicā vitā ducentibꝰ ꝑpter diuersitatē negotiorū emergentiū turbāt erga plurima & vt plurimum isti senciunt passiones carnis. & tribulationem carnis habebunt hmōi ait Aplus. j. Ad Corinth. vij. Dediti vo speculabilibus & cōtemplationi diuinoꝝ quodam mō ab his passionibus sunt abstracti ꝑpter dulcedinē quam senciunt ex cōtemplatione. Quod attendens phūs vnūquemqꝫ vt eā sibi eligat hortatur. x. Ethicoꝝ. dicēs. Homo moralis id est vitā actiuam seu politicam ducens ꝑ posse debet laborare qꝫ viuat vita contemplatiua. qa sic viuēdo viuit sm optimū coꝝ que sunt in ipso. quod licet mole paruū. qa scꝫ caret quantitate corporea preciositate tamen excedit oīa que sunt in homine. & talis vita est delectabilissima atqꝫ suauissima. cū sit scdm optimū coꝝ. que sunt in homīe. licet mundani homines carnalibus dediti oppositū iudicent. sed iudiciū ipsoꝝ ē falsissimū quia eos. vt dicit btūs Augu. Acetū delectationis carnalis. quo sunt repleti. nō sinit mel suauitatꝭ spiritualis degustare. De quo ait Psalmista. Quam dulcia faucibus meis eloqa tua sup mel ori meo. & Mathei. xj. Tollite iugū meū super vos. & discite a me. qa mitis sum & humilis corde.

⁊ inuenietis requiē anima-
bus veſtris. Jugū eīm meū
ſuaue eſt. ⁊ onus meū leue.
⁊c. Profecto totus conatus
ſcripture eſt īducēs ad hāc
vitam. nō aduertunt autem
hec beſtiales ſeu carnales
homines: qui ꝓpter delecta
tionem carnis momentaneā
ſuā animā eternaliter cruci
endam dyabolo tradunt. vñ
diuus Augu. cōtra tales in
uehit dicēs. O quāta iniqtas
o quāta puerſitas: vt animā
quā chriſtus ſuo ſacro ſang-
uine redemit: luxurioſus qſ
ꝙ ꝓpter vnius momenti de
lectationē libidinis dyabolo
peſſimo inimico ſuo vendit
⁊ tradit. vere nimium miſe-
randa ⁊ plangenda eſt con-
ditio ē cito preterit: qd̄ de
lectat: ⁊ permanet ſine fine
amine infelicis opprobrium.
Sed dicet aliqs iuuenis hō
ſuꝫ facio quod me delectat
modo: ⁊ poſtea penitentiam
agam: quaſi ſi dicat percutio
me gladio crudeli ⁊ poſtea
vadā ad medicū: heu miſer
homo: neſcis ꝙ vnius hore
puncto vulnꝰ accipit: ſed vix
longo tp̄e ad ſanitatē priſti-
nam reuocat. Quid eīm for
nicans dicit ſe penitentiam
acturū: quare non timet: ne
eū ſubitanea febricula: vel
aliquo caſu ſubita mors ſup
ueniens capiat ⁊ pereat de
lectatio ⁊ ſuccedat eterna
damnatio. ⁊ infra vnde ite-
rū atꝗ iterū rogo: vt diligē
tius ꝯſideraremus ⁊ quan-
tū poſſumus timeamus illd
quod dominus in euangelio
dicit: Qui viderit mulierem
ad ꝯcupiſcendā eam iā me-
chatus eſt ipſaꝫ ī corde ſuo:
ꝓ qua re nō ſolū ab extra-
neis mulieribus ſed etiā ab
vicinis ⁊ domeſticis ⁊ ancil
lulis noſtris refrenanda eſt
etiā ſecreta familiaritas: ⁊
oculoꝝ intenta fragilitas:
ne illō eueniat nobis: quod
dominus ꝑ ꝓphetā terribi-
liter clamat dicens. Mors
intrauit ꝑ feneſtras in aīas
veſtras. Hec eīm illis in quos
per viſum oculoꝝ ⁊ auditū
auriū intrauit. Si ꝑ linguā
tuā gladius eterne mortis
ingredit. Si aūt malum vel
ſordidū ꝯſiliū libenter audi
eris: ſi detrahentē: aut lux
urioſe loquentē: aut cantica
turpia ꝓferentem: nō reſpu
is: ꝑ auriū tuarū feneſtras
mors intrauit ad animā tuā
Et quia dn̄s dicit. Qui vide
rit mulierē: ⁊ voluntas pra
ua faciendi reputat ꝓ ope
facti. ac ſi dum aliquis muli
erem libenter libidinoſo o-

culo considerat p fenestras corpis sui in secretū mētis venenū mortis instillat. talis ēm cogitatio etiā si aliquan do impediat: vt non impleat volūtatē suā nihilominus actionis crimine cōdemnat a dño. ac si illa casta est cū q libidinis malū voluit exercere. et iste iam adulter erit in corde. Ideo audiam9 scripturā dicente illud. omi custodia serua cor tuū. et illud Auerte oculos meos ne videant vanitatē. Quasi si qs carbones apprehenderit si cito eos proiecerit. nihil ei nocebunt. Si vero diutius tenere voluerit: sine vulnere abire nō poterit. Ita ille: qui ad cōcupiscendū oculorum defixerit intuitum. et libidinis malū in corde suscipiens: moras ĩ corde suo haberem: orari in corde suo libere pmiserit: excutere a se sine anime plaga non poterit Igit iugiter clamemus cū propheta oculi mei semp ad dominū. et qm ipse euellet d laqueo pedes meos ipo dño nostro Jesu christo mediatore dei et hoim largiēte cui9 misericordia plena est terra hec. Augu. in tractatu de vita et honestate cleri. Nō ad hoc aūt. vt Plato dicit ĩ thimeo. iuncta est anima corpi vt sequatur corpis passiones et delectatiões. Sz vt: feneret virtutes et scientias. quatenus si cū magno fenore venerit: benigne a suo creatore recipiat. Si aūt nō: tunc religabitur ad inferna. hec ille. Quod bene attendens Petrus aplorum princeps in prima Canonica sua. cap. ij. nos hortat dicens. Charissimi obsecro vos abstinete a carnalibus desiderijs: q militant aduersus animā. Cui paulus aplus cōcordās ait. Desideria carnis nō pficietis. caro ēm concupiscit aduersus spiritū: Spūs autem aduersus carnem. hec ēm sibi iuicē aduersant. ad Gallatas v. Et hec sunt bella seu certamina. de quibus et beatus Augusti. vbi s. dicit. Nemo dicat fratres: p tpibus nostris martirū certamina nō possunt esse. habet ēm pax martires suos. nam frequenter iracundiā mitigare: libidinē fugere. iusticiā custodire: cupiditatē contēnere: pars est magna martirij. Contemnenda nãq ē cupiditas: que quidē velut ignis quanto amplius accipit tāto amplius reqrit. Iracundia vero mitiganda: que

nociuis pꝰ nocet ꝙ nocēdis.
Cuius aūt libidinē fugien-
dam eſſe diximus apl'o doc-
tore euidēter didicimus. qa
cū oībus vicijs reſiſtendū
eſſe predixerat cōtra libidi
nem non dixit reſiſtere. ſed
ait fugite fornicationē. acſi
diceret reliquis vicijs deo
auxiliante debemus in pre-
ſenti reſiſtere: libidinē vero
fugiendo ſuperare. Sic etiam
in ſcripturis alibi legimus.
Noli attendere in faciē vir-
ginis: ne ſcandaliſet te vul-
tus eius. Nam et btūs Io-
ſeph vt impudicā dominam
poſſet euadere pallium quo
apprehēſus erat reliqt et fu
git contra libidinis impe-
tum. Apprehende fugam ſi
vis obtinere victoriam. Sic:
nec tibi ſit verecundū fuge-
re: ſi caſtitatis palmā deſide
ras optinere. Videte fratres
quomodo ab oībus chriſti
anis indigna et inhoneſta fa
miliaritas mulierū fugien-
da eſt: quia ſine vlla dubita-
tione: qui familiaritatē mu-
lierū nō vult fugere cito da
bitur in ruinā. Sed forte ne
gligens quiſqꝫ et minus de a
nime ſue ſalute ſollicitꝰ re-
ſpondet et dicit. Ecce ego
familiaritatem habeo muli-
erū. et tñ arma caſtitatis cu

ſtodio. Infelix eſt et nimium
periculoſa preſumptio. Nut
ti eni putāt ſe vincere cum
victi ſunt. Sed ad hoc aliqs
addet et dicit. Ego īter mu
lieres habito et cōtinentiā
ſeruo: et volo habere ꝙ vni-
cam: nō hoc volo habere: ꝙ
peream. Sed ego: inquit li-
bidinis imperiū tāꝙ aduer-
ſariū meū retinere volo. Vi
de ergo ne contra te incipi
at captiuitas ipſa preuale-
re. et vnde putabas optine-
re triumphū inde eternum
incurras opprobriū. Inter
oīa eni chriſtianoꝝ certa-
mina ſola dura ſunt prelia
caſtitatis. vbi quottidiana pu
gna et rara victoria. Grauē
namqꝫ ſortita eſt caſtitas i-
nimicū: cui quottidie reſiſti-
tur et ſemꝑ timet. et ideo ſi-
cut dictum eſt nemo ſe falſa
ſecuritate decipiat: vt de ſu
is viribus periculoſe preſu-
mat. Sed audiat apl'm cla-
mantem fugite fornicationē
Dauid eni ille ſanctiſſimus
in mille paſſibus vidit muli
erem nudam et adamauit et
ſtatim homicidiū fecit et ad
ulteriū. et que cū mulieribꝰ
habitantes putant ſe caſtita
tis obtinere triumphū igno
rāt: ꝙ apd deū dupliciter ſe
reos oſtendūt. Scipſos eni

in periculum mittũt: ⁊ alijs
exempla peruerſe familiari
tatis oſtendunt. ⁊ infra. Ani
me que pereunt ab illis in
die iudicij requirende ſunt:
qui illud exemplũ perditio-
nis oſtendunt. Et ideo fra-
tres contra mortifera blan
dimenta. ⁊ cõtra adiutores
dyaboli: qui familiaritatem
nõ metuunt ſuſpectam: nec
erubeſcunt: ne nos ſuo exẽ-
plo decipiant dei adiutoriũ
imploremus. vt de laqueo ve
nantiũ nos liberare dignet.
hec Augu. Ex his iam ſatis
manifeſtũ eſt. ꝙ laſciuia eſt
ex his peccatis. que irã dei
excitant: quia per illã. vt di
ctũ eſt. plus ceteris vicijs.
eius templũ polluitur. Ipſa
etiã ſapientes eidẽ deditos
ĩfatuat. Exemplũ de Salo
mone iij. Regũ. xj. Unde ec
cleſia xix. di. Uinũ ⁊ mulie-
res apoſtotare faciunt ſapi-
entes. Fortes etiã vincit. ex
emplũ de Sampſone Iudi-
cũ xvj. Ac etiã ſanctos ali-
quando ꝓſternere videt. ex
emplũ de Dauid ij. Regum
xj. Item timidos efficit ho
mines eoꝝ cor auferens. vñ
Oſee iiij. di. Fornicatio ⁊ vi
nũ ⁊ ebrietas auferunt cor.
Hec aũt ideo adducunt vt
ſe hoĩes reddant cautos.

Nam felix eſt quẽ faciunt a
liena pericula cautũ. vt di.
xxvij. q. j. c. ij. ĩ glo. fi. Quod
aduertẽtes Romani ĩ ſanx-
erunt in ſuis legibus. ꝙ mi
les in ebrietatẽ. vel laſciuiã
lapſus remoueat ab omi mi
litia per l. om̃e delictũ ff. d
re militari. Unde Policra-
tus li. vj. c. xiiij. duci quoꝗ.
inquit: in re militari diligen
tiſſime precauẽdũ eſt: ne ve
nus ⁊ vinũ pugnãtia pecto-
ra frangant. Et infra gens
partoꝝ ſepiſſime ſuꝑabatur
eo ꝙ luxurioſa fuit. ⁊c. hinc
Cornelius Scipio ꝯſul ĩ hiſ
paniam miſſus: eo tpis mo-
mento: quo caſtra intrauit
maximũ ĩſtitoꝝ ⁊ lixarũ cũ
duobus milibus ſcortorum
inde abiecit: ⁊ ſic cũ paucis
virtuoſis mundis ⁊ ornatis
triũphauit. ꝑut narrat Ua-
lerius li. ij. Profecto ĩ om̃i
prelio: vt ait Uegeti9 de re
militari. Non tã multitudo
⁊ virtus ĩdocta: ꝙ̃ ars ⁊ ex
ercitiũ ſolent preſtare victo
riam. Ideo princeps exerci
tuũ debet ꝓuidere: vt in ſe
⁊ in ſuis ſit debita diſciplĩa
⁊ recta. Cogibendo ſcʒ car-
nis laſciuias ⁊ comeſatiões
voluptates ⁊ impudicitias
cupiditates ⁊ rapinas. diſſen
ſiones ⁊ diſcordias. preſum

ptiones & inobedientias de
facili em potest vinci exer-
citus quantūcūq̄: nisi vigeat
debita disciplina put narra
tur in policrato li.vj.c.xiiij.
Quod Romanis adeo pfu
it disciplina: vt totū orbem
sue subicerent ditioni. Alex
ander quoq̄ macedo exigu-
am manū militarē suscepit
a patre: sed doctam & virtu
osam: que assuefacta militie
orbem terrarū aggressus in-
numeras hostium copias fu
dit. Xerses vero rex sepe fu
it victus: licet haberet tot
duces exercitus: q̄ pre mul-
titudine numerari non pos-
sent: disciplinatos autem
nullos. Frustra em princeps
sperat victoriam: nisi vigeat
apud se & suos disciplina co
gibendo predicta. Profecto
nullū regnum durabile est:
nec principatus stabilis: quā
do regnat in pricipe gula &
libido luxurie. Unde & im-
periū Romanū exaustū est:
& diuisum Nerone imperan
te: cuius gula omia deuora-
uit: maculauit libido: exau-
sit auaritia fregit ignauia.
vt ait Augu. de ciuitate dei
li.v.c.xix. Nec mirū: qa quā
do princeps in talibus rela
xatur: subditi licentius pre-
cipitantur. Unde Grego. ij.
morali.c.xvj. Cū maiores: in
quit: voluptati deseruiunt:
minoribus lasciuie frena lax
antur. Qua ppter & Solon
princeps Atheniensiū p le-
ge statuit: vt ait Laertius:
q̄ si princeps ebriosus fue-
rit nece damnetur. non sine
causa puerbiorū. xxxi. dr. No
li regibus o samuel dare vi
nū. qa nullū secretū vbi re-
gnat ebrietas: ne forte bibāt
& obliuiscātur iudiciorū dei
Unde & principes gentiles
abstinebant se a gula & lux-
uria: precipue vt triumpha-
rent de inimicis. Unde nar
rat Policratus li.v.c.vij.
Quod Scipio Affricanus: i
hispania cum inter captiuas
Virgo eximie forme & nobilis
ad eū esset pducta: oimq̄ o
culos i se conuerteret: sum
ma custodia suis parētibus
reddidit intactam. Aurū qd
parentes eius redempturi
captiuā retulerāt: eidē spō-
so futuro pro nuptiali mu-
nere dedit: qua munificētia
gens vniuersa victa: imperio
populi romani accessit. Si-
mile de Alexandro cui cum
virgo eximie pulchritudinis
finitiue gētis principi despō
sata: inter captiuas adesse
nunciaretur: ei abstinentia
summa pepcit: qua mox ad

ſponſuꝫ remiſſa: vniuerſe gē
tis ꝑ hoc beneficiū ſibi mē-
tes conciliauit. Sic humani
tate ſuoꝝ: alioꝝ animos ſibi
iuſticia deuinxit. Idē ꝛ de
alijs principibus d.. qui cap-
tiuas virgines remiſerunt ī
tactas ad eaꝝ parētes: quo
munere hoſtes ex tanta grā
ſe eis ſubdiderunt ꝛ recon-
ciliati ſunt. Plus ergo reſ-
publica magnificatur ꝛ au-
geturvirtutibus ſempꝛ ꝙ ar
mis. Unde Augu. de ciuita-
te dei li. v. c. xij. Id dictum
declarat per ſententiā Ca-
tonis dicens. Nolite exiſti-
mare maiores nr̄os armis
rempublicam ex parua ma-
gnam feciſſe: ſi ita eſſet: mul
to pulcherrimā eam nos ha
beremus. Quippe ſocioꝝ at
qꝫ ciuiū: preterea armoꝝ: ꝛ
equoꝝ: maior copia nobis:
ꝙ illis eſt. Sed alia fuere.
que illos viros magnos fe-
cerūt: que nobis nulla ſunt.
domi induſtria: foris iuſtum
imperium: animus inconſu-
lēdo liber: neqꝫ libidineo de
licto obnoxius. pvis nos ha
bemus luxuriā: atqꝫ auariti
am: publice egeſtatē priua-
tim opulētiā: laudamus di-
uitias: ſequimur inertiā: in
ter bonos ꝛ malos diſcrimē
nullū. oīa virtutis premia
ambitio poſſidet: neqꝫ mirū
vbi vos ſeparatī ſibi quiſqꝫ cō
ſilia capitis: vbi domi volup
tatibꝰ: hic peccunie: aut gra
tie ſeruitis. Eo fit vt impe-
tus fiat in vacuam rempub-
licam ꝛ infra poſtꝙ luxu at
qꝫ deſidia: īquit: ciuitas cor
rupta eſt: rurſus reſpublica
magnitudīe ſui impatoꝝ at-
qꝫ magiſtratuū vitia ſuſtēta
bat paucoꝝ igiturvirtus ad
gloriā: honorē: imperiū. vera
via id eſt virture ipſa niten-
tiū etiā a Cathone laudata
eſt. hinc. erat domi induſtria
quā cōmemorauit Chato vt
erariū eſſet opulentū: tenu-
es res priuate. vnde corrup
tis moribus viciū eſſe cōtra
riū poſuit. publice egeſtatē
priuatim opulentiā hec Au-
gu. Et ſi tales fuerūt gen-
tiles: q̄les ergo debent eſſe
fideles pricipes veri dei mi
niſtri. Caueant igif fideles
a crapula ꝛ ebrietate ac ab
amore mulierculariū ſpurciſ
ſimo: qui corpus debilitat:
famam nigrat: animā dānat
ꝑpetuā labem ꝛ contemptū
affert. ꝛ demū exviro effemi
natū. ex ſapiente ſtultū: ex
deuoto indeuotū: ex honora
bili ꝛ magne auctoritatꝫ ho
mine beſtiā deſpectū mam.
maxieqꝫ cōtēptā. Quid eſt

turpius quod maiorē infa-
miam ⁊ contemptū pariat
principi ⁊ cuilibet homini.
q̄ gula ⁊ fatuus amor muli
erū: qui Samsonis robur e-
neruauit. Solomonis sapiē-
tiam extinxit. ⁊ sanctimoniā
Dauidis regis obscurauit.
nihil pfecto. vt Augu. in li.
Soliloquiorum ait. sic deicit ab
actu veritatis cognoscende
sicut tactus iste corpus: ī quo
absorbetur intellectus. ⁊c.
O q̄ periculosissimū vicium
sit carnis concupiscentia: q̄
eam sequunt. etiā Tullius
in li. de senectute declarat
dicens: voluptas carnis con
siliū rationis ac mentis ocu
los constringit. imo totali-
ter excecat: quatenus homo
nesciat quid agat. Nā vt ve
rum fatear desideria carnis
tria maxima damna suis se-
ctatoribus inferūt. Nā aīaȝ
impugnant ⁊ deiciūt ad vi-
tia. Iram dei puocāt. ⁊ au
ferunt beneficia eternaliter
quoq; cruciāt per geheñe
supplitia. ⁊ plus ceteris ip-
sam animā priuant celesti le
ticia iuxta illud. Nouit de⁹
pios de tentatiōe eripere. i
niquos vero in diē iudicij re
seruare cruciandos. magis
aūt eos. qui post carnem in
concupiscentia immunditie
ambulant. ij. petri. ij. Qua-
propter verus legislator po
tens ⁊ redemptor clemens
humane conditor nature ei-
usq; salutis amator indesiti
ens volēs nos reddere cau
tos. ne vcȝ solū in deū offen
sam non admitteremus. vel
in pximū. verū etiā ne ī cor
pus ppriū peccaremus. pre
cepit negatiue. Exodi. xx. di
cens. Nō mechaberis. hinc
aplus ait. Fugite fornicatio
nem. qui aūt fornicat ī cor-
pus suū peccat. ⁊c. Vn̄ p ex
citatiōe torpentiū. vt assur-
gant ad dei mandatorum obs-
uationē adduci possūt que
dam exempla gentiliū: in q̄
bus aduertere possunt. q̄
strennue hoīm mandata ipi
custodierūt. Narrat eñ Va
lerius maxi. li. ij. de quodaȝ
principe exercituū. q̄ ppriū
suū filiū. cui ipsuȝ exercitum
ↄmiserat occidit. eo q̄ ↄtra
patris mandatū cū aduersa
rio p patria pugnando con
gressus est. eū ↄuis supasset
tamen pater hoc ideo egit.
ne alij ex hoc haberent exē
plū mandata contemnendi.
Sile huic idē Valerius li. vj
narrat de Seleucho. q̄ fecit
statutū. Quod q̄cunq; com-
mitteret adulteriū deberēt
ei erui ambo oculi. cuius fi

lius deprehensus in adulte-
rio. ipse pater omniuo voluit
legem adimpleri in filio. tā
dem hortatus per barones
& proceres ne faceret. nō a-
quieuit. sed vt legi satisface
retiussit sibi vnum erui ocu-
lum. similiter & filio vnū. ne
legis trāsgressor videretur
O si ergo pagani tanto stu-
dio humanas custodierūt le
ges. multo magis christiani
christi sanguie redempti sui
creatoris mandata seruare
debent. quatenus diuinā be
nedictionē p ipsorū obserua
tione pmissā in presenti vi
ta assequi valeāt. & in futu
ro polorum gaudia eternali
ter percipiant.

¶ Ad huc si diligēti9 aduer
tam9 quātū iter veter; leg;
sacrifitiū. & noue itersit. nō
est; dubiū. quā ɔgruēter ec
clesia celibatū sacerdotib9
indixerit. Illa quidē sacri-
fitia vmbre dumtaxat erant
& figure quedā subobscure
noue legis sacrifitij. Et tñ
(vt illa dignius agerentur)
iussi sunt sacerdotes añ san
ctificari nec archā dñi. nec
cetera vasa. sed nec ad alta
re licebat cuiuis accedere.
nisi prius esset ab omni etiam
ɔiugali immunditia purga-
tus. Quamobrem si ppter
vmbram & figurā tanta exi-
gebatur puritas. Quanta iā
eos: qui rem veram & puris-
simam veritatē in veteri le
ge figuratā tractant sancti-
tate perspicuos vt ab omni
mulierū inquinamēto puris
simos esse ɔuenit. Itē habe
tur i li. j. Regū. xxj. q Abi-
melech sacerdos nō ante vo
luit de panibus ppositiōis
quicquid impartiri Dauid
& pueris eius nisi prius eos
itellexisset a mulierib9 hoc
est ab vxorib9 suis fuisse mū
dos. ac panes illi ppōis in-
cōparabiliter distāt a sacra-
mento panis. in quo sacratis
simū corpus christi cōtinetur
Quamobrem christi sacerdo
tes (quibus interest hūc pa
nem quottidie sumere) per-
petuū celibatū agere optet
Ad hec expedire laicis do-
cet apl'us ab vxoribus inte-
rim abstineant quatenus o-
rationi vacare queant com-
modius. Quod si laicis ora-
tiōis causa. res vxoria ad tē
pus interdicitur sacerdoti-
bus vtiqz. quorū est offitium
quottidie nō p suis mō verū
etiā p populi delictis hosti
as & preces offerre deo. ce-
libatus indicit meritissime
presertim cū res non minus
euangelio cōueniat. quā ab

ecclesia catholica iaz cōpro
betur. Euangelio enī cōue-
nit. quod christus in euange
lio consulit. Uetera transie
runt ecce facta sunt omnia
noua. Unde Jeronimus in epi
stola ad Thitū. Si laicis (in
quit) imperatur vt ꝑpter o
ratione abstineant se ab vx-
orū coitu. Quid de ipso sen
ciendū est. qui quottidie ꝑ
suis populiqꝫ peccatis illi-
batas deo oblaturus est vi-
ctimas. Relegamus regū li
bros ⁊ inueniemus sacerdo-
tem Abimelech de panibus
ꝑpositiōis noluisse prius da
re Dauid ⁊ pueris eius. ni
si prius interrogaret vtrum
mundi essent pueri a mulie-
re. Nō vtiqꝫ aliena. sed con-
iuge. Et nisi eos audiuisset.
Ab heri ⁊ nudius terciusva
casse ab opere cōiugali. neqꝫ
quā panes (quos prius nega
uerat) cōcessisset. tantū īter
est inter ꝑpositiōis panes
⁊ corpus christi. quantū inter
vmbram ⁊ corpa. Inter ima
ginem ⁊ veritatem. inter ex
emplaria futuroꝝ ⁊ ea ipsa
que per exemplaria prefigu
rabantur. Quomō itaqꝫ mā
suetudo. paciētia. sobrietas.
moderatio. abstinētia lucri.
hospitalitas quoqꝫ. ⁊ benig
nitas precipue debent esse
in episcopo. ⁊ inter cunctos
laicos eminentia. Sic ⁊ ca-
stitas ꝓpria. Et (vt ita dixe
rim) pudicitia sacerdotalis
Ut nō solū ab ope immundo
se abstineat. sed etiā ab iac-
tu oculi. ⁊ cogitatiōis erro
re mens christi corpꝰ effec-
tura sit libera. hec Jeroni-
mus. ⁊ idem Jeronimus in
alio loco dicit. Quid est ma-
gis. orare. an corpꝰ christi ac
cipe vtiqꝫ accipe corpꝰ chri
sti. Si ꝑ coitū quod minus ē
impeditur. multo magis qđ
maius est. Diximus in eodē
volumine panis ꝑpōis ex le
ge nō potuisse comedere. ni
si se triduo mundos a muli-
eribus respōdissent. Nō vti
qꝫ a meretricibus quod dā
natur a lege sed ab vxoribꝰ
quibus legittime iungebant
Populus quoqꝫ quando ac
cepturus erat legē in mōte
Sina. tribus diebus iussus
est ab vxoribꝰ abstinere. hec
Jeronimus. Insup idē Je
ronimus dicit. Oro te qua-
le illud bonū est quod orare
ꝓhibet. qđ corpꝰ christi acci
pi non permittit. Quādiu im-
pleo mariti offitiū. non im-
pleo christiani. Iubet apl'us
in alio loco. vt semp oremꝰ.
Si semp orandū est. nūqꝫ er
go coniugio seruiendū. Quī

quotienſcunqꝫ vxoꝛi debitum
reddo. oꝛare nõ poſſum. Pe
trus apl'us experimentum
habens cõiugaliũ vinculoꝝ
Uide quomodo infoꝛmet ec
cleſiam. quid doceat chꝛiſti
anos. Similiter viri cohabi
tantes iuxta ſcientiã. quaſi
infirmioꝛi vaſculo muliebꝛi
tribueñ. honoꝛẽ. ⁊ ſicut co-
heredes multiplicis gratie
vt nõ impediantur oꝛatiões
veſtre. Ecce eodẽ ſenſu. q̃a
⁊ eodem ſpũ impediri dicit
oꝛatiões offitio ꝯiugali. quo
aũt ait. Similiter id circo
ad imitationẽ ꝓuocat viros
quia iam ſupꝛa vxoꝛibus pꝛe
ceperat dicens vt videant
viri in timoꝛe caſtã veſtram
cõuerſationẽ. Et infra vis
ſcire quid velit apl'us iunge
quod ſequitur. Uolo autem
om̃es hoĩes eſſe ſicut meip
ſum. Beatus qui Pauli ſi-
milis erit. Felix qui audit a
poſtolũ ꝓcipientẽ nõ ignoſ-
cẽtem. Hoc. inq̃t. volo. hoc
deſidero vt imitatores mei
ſitis. ſicut ⁊ ego chriſti. Il-
le virgo de virgine de incoꝛ
rupta incorruptus. Nos q̃a
homines ſumus. ⁊ natiuita
tẽ ſaluatoris non poſſumus
imitari. imitemur ſaltẽ con-
uerſationẽ. Illud diuinita-
tis eſt, ⁊ beatitudinis, hoc
humane ꝯditiõis eſt ⁊ labo
is. Uolo om̃es hoĩes ſimi-
les mei eſſe. vt dum mei ſi-
miles ſunt. ſil'es ſiãt ⁊ chꝛi-
ſti. cuius ego ſimilis ſum.
Qui em̃ ĩ Chꝛiſtũ credit de
bet ſicut ille ambulauit ⁊ ip
ſe ambulare. Sed vnuſquiſ-
qꝫ pꝛopꝛium donum habet
ex deo. alius quidem ſic a-
lius aũt ſic. Quid (inq̃t) ve
lim perſpicuũ eſt. Sed quo
niã in eccleſia diuerſa ſunt
dona. Concedo ⁊ nuptias.
ne videar damnare naturã.
Simulqꝫ conſidera ꝙ. aliud
donũ virginitatis ſit. aliud
nuptiarũ. Si em̃ eadẽ eſſet
merces nuptiarũ ⁊ virginũ
nũqꝫ dixiſſet poſt ꝓceptũ cõ-
tinentie. ſꝫ vnuſquiſqꝫ ꝓpꝛiũ
habet donũ ex deo. alius q̃
dem ſic. alius aũt ſic. Ubi ꝓ
ꝓetas ſinguloꝝ ẽ ibi altrin-
ſecus diuſitas Credo ⁊ nu
ptias dei eſſe donũ: ſed ĩter
donũ: ⁊ donũ magna diuerſi
tas eſt: ⁊c. hec Ieronimus.
li. j. aduerſus Iouinianum
vbi multa de hoc. Audi etiã
quid ſaluatoꝛ dicit. Atten-
dite aũt vobis: ne foꝛte gra
uentur coꝛda veſtra a crapu
la ⁊ ebꝛietate ⁊ curis huius
ſeculi vite ⁊ ſuperueniet in
vos repentina dies illa. ⁊ in
fra vigilate itaqꝫ omni tpe

orantes. Luce. xxi. Ecce ſp
orandū eſt ⁊ vigilandū.
¶ Nec te moueat ſi venerꝫ
ad euangeliū ⁊ propoſueris
Zachariā. Elizabet Petrū
⁊ ſocrū eius. Nā(vt inquit
idem Jeroni. vbiſ.)iſti in-
ter eos qui ab initio legi ſer
uierunt numerādi ſunt. Ne
qꝫ em̄ euāgeliū eſt ante cru
cem quod ſanguine ⁊ paſſio
ne ipſius dedicat. Vn̄ Pe-
trus ac ceteri apl'i etiā ſi vx
ores habuerint tn̄ eas dum
taxat quas eo tpe accepant
quo euangeliū neſciebant: q̄
aſſumpti poſtea in apoſtola-
tū reliquerūt offitiū ꝯiuga
le. Vnde ꝯſidenter petrus
dicit. Ecce nos relinquim⁹
om̄ia ⁊ ſecuti ſumus te. Di
ctū em̄ erat apl'is. Si q̄s ve
nit ad me. ⁊ nō odit patreꝫ
ſuū ⁊ matrē. ⁊ vxorē ⁊ filios
⁊ fratres ⁊ ſorores. Adhuc
aūt ⁊ animā ſuam nō poteſt
eſſe meus diſcipulus. Luce
xiiij. Et iterū om̄is qui reli
querit domū vl' fratres aut
ſorores: aut vxorē: aut filios
aut agros ꝓpter nomen me
um centuplū accipiet ⁊ vi-
tam eternā poſſidebit. Mat
xix. Sic ⁊ noſtris tpibus re-
cte fit. vt ad ſacerdotiū vo-
catus ex inſtitutiōe eccleſie
diuiqꝫ apl'i ac ſaluatoris dn̄i
noſtri Jeſu chriſti conſilio
ſpōte celibatū voueat ac cō
iugio renunciet. Nec iā ali
ter facere licet. Dicit em̄
ſaluator. Nemo mittens ma
nū ſuā ad aratrū: ⁊ reſpici-
ens retro aptus eſt regno
dei. Luce. ix. Nō fruſtra er-
go Apl'us dicit. In chriſto
nubere volunt habentes dā
nationem: quia primā fidem
irritam fecerunt. j. Ad Thi-
mo. v. Et licet inprimitiua
eccleſia aliqui ſacerdotes v
xores habuerint ⁊ multa hu
iuſmodi ꝑmittebant. que ta
men ſucceſſu tpis ex legiti
mis cauſis iuſtiſſime fuerūt
immutata. Nimirum ſi circa
ſacerdotū nuptias aliqua va
riata fuerunt: iuſſitqꝫ eoec
cleſia vitā ducere celibem:
vt ſine aliquo impedimento
orent ac offerant dona ⁊ ſa-
crificia ꝓ peccatꝫ: ac puras
manus extendere ſeu leua-
re poſſint ad dn̄m. Illorum
quoqꝫ labia cuſtodiūt ſcien-
tiā ⁊ angeli dei nomen me-
rentur. quibus ⁊ re vita veꝫ
ſua ꝯſonare debent q̄bus ſo
lis vrna aurea commiſſa eſt:
vt manna cōtrectēt. Quod
ſi iratus eſt dn̄s contra Of
ſan indignatiōe maxia. Eo
qꝫ extendit manū ſuā ad ar-
cam ⁊ ꝓpter ea mortu⁹ eſt.

Nimirū probet se sacerdos
dum verā arcam imo ipsum
manna de celo cōtrectet ne
sibi iudiciū manducet ꝛ fiat
reus corꝑis ꝛ sanguinis do-
mini. Et reuera si onera ma
trimonij dumtaxat ex Pau
lo apostolo dein officiū sa-
cerdotale: hin: inde: cōtule
rim⁹: iustissimā ordinationē
sanctoꝝ patrū dicere oꝑtet
Legas ꝛ iterū relegas apl'i
in prima epl'a ad Corinth. c
vij. vide. ꝛ cōmentaria tam
antiquoꝝ doctoꝝ: ꝙ moder
noꝝ suꝑ apl'i verbū in epl'as
ad Thimoteū ꝛ Titum. Cur
videlicet tūc tꝑis apl'us di-
xerit epm̄ vnius vxoris virū
ꝛ quomodo intelligi debeat
Illis em̄ tꝑib⁹ fere oīs nu
bilis etatis mares ducebāt
vxores vn̄ tūc ex ꝯiugat ꝫ nō
bigamistā ꝗ̄ vni⁹ aut nulli⁹
vxorꝫ virꝫ eligi oꝑtuit epos
aliasꝑ presbyteros. Pꝫ em̄ apl'os
inter epm̄ ꝛ sacerdotē nihil
interest. vt xciij. di. c. Legi-
mus ꝛ xcv. di. c. Olim. ꝛ c.
sequenti. Processu ꝰo tꝑis
postq̄ videlicet multiplica-
ti sunt fideles auctus est ꝰ
ginū status. ab apl'o ꝛ salua
tore dn̄o nostro Jesu christo
plurimū laudat⁹. Decet er
go ex hoc virginū statu vel
saltem ex continentiū: eligi
in sacerdotes: qui sicut ang
eli in celo: sic ꝛ ipsi in terris
semꝑ cultui assistant diuino
Nā ꝛ sacerdos angelus dn̄i
dr. Sūt ꝛ alie cause q̄s lōge
lateq̄ describūt doctores.
¶ Nec etiam moueat christi
sacerdotes Grecoꝝ sacerdo
tū coniugiū Sed potius mē
te intimius sequentia ꝑpen
dant. Cur ipsi ꝛ eoꝝ popu-
lus ferocissimis christi nois
inimicis subiugati sunt: nul-
lo honore ꝛ dignitate a mō
affecti. ꝛ illa: que iam pridē
legisperitia fuerant prediti
modo penitus sunt priuati.
Omis deniq̄ scientiarū or-
natus: quo primeuis tꝑibus
mirū immodū pollebant: ab
scessit ab eis: ꝛ in varios cor
ruerunt errores. Profecto
(vt quidā doctor ait) non ex
alia causa: nisi quia dereliu-
querunt fontē viuū mundis
simū ꝛ castissimū sacerdotij
dignitatem contaminando.
ꝛ ī cisternā dissipatā. Omis
immunditie fomētū cōiugiū
preter ꝯsuetū ꝛ inhonestum
sibi quesiere: sancta dn̄i pol-
luendo. Ecce manus domi-
ni valida ꝛ fortis super eos
quis ꝑ futuro securare eos
poterit a flamma incendij e
terni: neq̄ refert: ꝙ hmōi
cōiugati: vel quicūq̄ alij sa-

cerdotes votū castitatis ex-
presse ore nō emiserunt. Di
cūt em̄ sancti doctores siue
quis sacerdotū vouens ore
siue nō: perpetuā obseruare
tenetur continentiā siue ca
stitatem. dum sacerdotij re
cipit dignitatē. Quia vt sic-
ne dum vouet: sed votū etiā
solennisat. Caracterē quoque chri
sti in se suscipit: et in mente
gerit. Est em̄ sacerdotalis
caracter proprie caracter chri
sti vt inquit s. Thomas. iij. q
lxiij. Eius ergo vitam imite
tur sacerdos cuius caracte
rem habet: carnem suā et vi
tia ac concupiscentias in se
mortificando scd'z illud apl'i
dicētis. Qui christi sunt car
nem suam crucifixerunt cuz
vitijs et concupiscentijs. Ad
Gallatas v. Spiritu igitur
scd'm eundē apostolū ibidez
ambulādū est. desideria car
nis nō perficiendo sicque fru
ctus spiritus amplectetur.
Qui est. vt ibidez ait apl'us
Charitas: gaudiū: pax: paci
entia: benignitas: bonitas: lō
ganimitas: māsuetudo: fides
modestia: continentia: casti-
tas. Hec om̄ia ī quolibet lu
cere debent christiano: max
ime aūt in sacerdotibus Je
su christi: qui cū patre et spi-
ritu scō viuit et regnat. Az

16

De celibatu christi fidelium opusculum,
finit fęliciter, pridie Kalendas mensis Au
gusti, Anno partus virginalis Mille
simoquingentesimouigesimonono
Cracouię in ciuitate Regia. per
Florianū Vngleriū Impressum,
¶ Authore Stanislao Zaborowsky,
Regni Polonie Tesauri custode,